SH4, Orléans 266 pp. 264a-276a
excerpt from p. 271

¶ **Nunquam tamen / dissibiliter medius terminus enuntiatur**(842D6). Unde videtur in`n´uere quod, si in media propositione medius terminus eodem modo accipiatur, nullum sequitur inconve(niens). /

[1.1] Quod videtur esse fal(sum), quia fal`sae´ videntur

(1) si omnis homo est lapis, quidam lapis est lapis, (= *medium parvum*)
(2) si Socrates est Plato, Socrates est Socrates,
(3) si omne ens est domus, nullum ens / est domus,
(4) si omnis homo est Socrates, quidam homo non est homo,
(5) si albedo est, nigre(do) est,
(6) si est lapis, aeger `est´,
(7) si nulla res est, dies est; et ita aliqua res / est,
(8) si omne animal est homo, quoddam animal est homo.

[1.2] Non. Quae consequuntur ex mediis propositionibus, mediis ter(minis) earum non dissimiliter acceptis, etsi quidam / quibusdam nugis et supradictas[1] conclu`si´ones non sequi ex suis argu(mentis) putant bene ostendere, quorum rationes alias posu`i´mus / et eas nihil valere ostendimus[2].

[2.1] Nos vero, qui fere omnes consequentias <recipimus>, ex quibus supradica inconve(nientia) sequi videntur, <et> qualiter illis resistamus, / b(revite)r ostendamus.

[2.2] Dicendum est igitur non esse medias propositiones, ex quibus supradictae[3] sequi videntur, ut hic contextus

(α) si omnis homo est lapis,
omnis homo / est lapis et quidam lapis est homo;
(β) si omnis homo est lapis et quidam lapis est homo,
quidam lapis est lapis,

ex qua sequi videtur

(1) si omnis homo est lapis, quidam lapis est lapis.

[2.3] Et, / quod non sit propositio me(dia), unde[4] ille contextus <sequi videtur>, apparet, quia non habet medium terminum, quia neque illas duas propositio(nes) neque 'homo' vel 'lapis'. **[]** Illae duae / propositiones non sunt termini, quia hoc probihuit Boethius, ubi dixit

---

1 sup(ra)dictas] sup(ra)dictis *a.c. O*
2 ost(e)ndim(us)] ost(e)ndem(us) *a.c. O*
3 supradictae] sup(ra)dictis *i.t. et supra* -is *add.* -e *O*
4 unde] in(de) *O*

medi(um) t(erminum) +non[5] dissi(militer) accipi; quodsi propositiones medios diceret terminos, dissi(militer) accipi medi(um) t(erminum)+ in media propositio<ne> perceperet[6], ubi dicit[α] inaequimoda[7] propositio<ne> debere poni in / secunda et tertia[8] figura affirmativa<m> et ne(gativam), vel[9] esset alia dissi(militudo) quam <unam> negare quod altera[10] affirmat. [] Nec 'homo' vel 'la(pis)' est medius termi(nus), / quia 'homo' vel 'lapis' non est talis termi(nus) qui sit prin(cipalis) pars talis cate(goricae) quae <non> sit consequens tantum, id est ita quod non <sit> alia cat(gorica) propositio cum ea; <sed> consequens, / inquam, primae hypotheticae et antecedens[11] secundae hypo(theticae)[α]. Nec auctor de alia media propositione egit, ut apparet in exemplis primae figurae, ut[12] de tali, / in consequenti cuius primae hypo(theticae)[β] talis vox esset praedi(catum) in una tantum cate(gorica), quae esset praedi(catum) an(tecedent)is secundae hypo(theticae)[γ], et ostenderet ex sua inventi/one antecedens iungi consequenti ad interpretandum unum intell(ectum), ut hic

si est homo, est animal,
si est animal, est animatum <et> est cor(pus),
si est cor(pus), est substantia[13]

'animal' / est medius terminus, quia ostendit 'Socrates est homo' iungi 'Socrates est substantia[14]', sicut superius dictum est, et[15] multae sunt

---

[5] +non - t(erminus)+ *i.m. sinistr. add. O*

[6] perceperet] p(er)cip(er)et *O*

[α] *hoc non dicit Boethius in SH, sed in omnibus inaequimodis propositionibus secundae et tertiae figurae, ex quo fiunt necessarii syllogismi, una debet esse affirmativa et altera negativa, sicut in primo modo secundae figurae: si est a, est b; si non est a, est c.*

[7] inaequimoda] i(n)eq(ui)ssimo(!) *O*

[8] tertia + [(et)] *O*

[9] vel esset alia] nec ÷ aliq(ua) *O*

[10] altera] alt(er)a[m] *O*

[11] antecedens] o(mne)s *O*

[α] *in media propositione sicut 'si est a, est b; si est b, est c' medius terminus 'b' debet esse principalis terminus, scil. praedicatus, primae hypotheticae, scil. 'si est a, est b', et antecedens secundae hypotheticae, scil. 'si est b, est c'.*

[12] ut] n(isi) *ut videtur*

[β] primae hypotheticae, scil. illius 'si omnis homo est lapis, omnis homo est lapis et quidam lapis est homo'

[γ] secundae hypotheticae, scil. illius 'si omnis homo est lapis et quidam lapis est homo, quidam lapis est lapis'

[13] substantia] sus. *O*

[14] substantia] sus. *O*

[15] et] (et)(iam) *O*

conse(quentiae).